



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

277 Rem sacram duobus modis posse fieri profanam, confractone &
resecratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

communia licet in iure nostro quādoque nominentur spiritualibus annexa, c. de iure. 16. de iur. patronatus, tamen antecedenter tantum non autem consequenter neque dependenter (vt Nauarrus loco prædicto loquitur) sunt annexa spiritualibus. Ea quæ sunt generis prioris, vendi quidem nūquam possunt citra simoniæ vitium; permutari tamen possunt, non promiscuè quidē sed certis legibus & inter solos clericos vt ac tanquam eorum capaces; ea verò quæ sunt posterioris generis, vendi possunt iuxta D. Thomæ distinctionem quoad vel temporalitatem vel corporalitatem seu materiam, alioqui non; multo quæ magis permutari possunt, non inter clericos tantum sed & inter clericos & laicos, vel etiam inter solos laicos; ita tamen vt si de conuertendis iis in vsus profanos ageretur, solennitates iuris essent obseruandæ; veluti pro redemptione captiuorum, vel alendorum in fame pauperum gratia, calix etiam consecratus vendi posset interueniente confractioe vel alioqui refectioe quadam Pontificali, quemadmodum legibus etiam ciuilibus probatur d. l. inter stipulantem. §. sacram. in verbis. *Si rursus lege aliquares sacra profana esse cœperit.* & l. continuus. 127. §. cum quis sub hac conditione. in verbis. *Nec ad rem pertinet quod ius mutari potest.* π. de verb. obligat. & idem D. Thomas approbat d. art. 4. in respōsione ad argumentum secundum; qui tamē solius meminit confractioe vel cōflatioe (vt & c. ea enim quæ.

§. I.

277
Rem sacram
duobus modis
posse fieri pro-
fanam; con-
fractioe, &
refectioe.

§. 1. 10. q. 2.) & non resecrationis re integra manente seu formam suam retinente dum reuocatur in vsus prophanos. verum de resecratione degradationi similima nos plura diximus in Antiquitatibus nostris Ecclesiasticis in Syntagmate de iure prouentuum Ecclesiasticorum ad c. 2. de testam. nu. 34. & seqq. vbi docuimus & Monachos Deo votos atque consecratos posse per Summi Pötificis ita dispensantis resecrationem desinere esse monachos, cum characterē non imprimat monachis Professio monastica, sicut imprimat Sacerdotalis ordo Sacerdotibus (vt & Ordines alij ordinatis aliis) qui nunquam desinunt esse Sacerdotes etiam si degradarentur. c. quod quidam. §. si fortē. & §. degradatus. 1. quæst. 1. Cæterum præter hos tres rerum sacrarum & quidem etiam spiritualium gradus reperitur & quartum quoddam genus rerum non quidem spiritualium propriè dictarum sed sacrarum nihilominus, vel in perpetuū Deo vel Ecclesiæ dicatarum, citra consecrationis vcz vllius interuentionē; qualia sunt prædia resq; similes & mobiles & immobiles & corporales & incorporales & animatæ & inanimatæ quarūlibet Ecclesiarum: tales enim res adnumerari sacris rebus, & in iis per sese etiam solis cōmitti sacrilegium, quāuis non simoniā, eo quod spirituales non sint, docemur ex c. nulli. & c. prædia. 12. q. 2. Quod & ipse D. Thomas agnoscit 2. 2. quæstion. 99. artic. 3. Quales quidem res licet ex natura sua per se (quod consecratæ non

278
Resecratio
nostris igno-
ta.

279
Monachus
potest fieri nō
monachus.

280
4. Res sacræ
quarti seu ge-
neris seu gra-
dus, vt fundi
similesq; res
Ecclesiarum
perpetuæ.

k iij sint